



Universitätsbibliothek Paderborn

**Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu
Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione
Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ
Luci Datus**

Widl, Adam

Monachij

§. I. Ebersperga sub Hunnis invicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37233

CAPUT II.
GESTA SUB RATHOL
DO, SIGHARDI FILIO.

§. I.

EBERSPERGA SUB HUN
NIS INVICTA.

Sighardo ſucceffit Ratholdus filius, uti paternarum opum, ita pietatis transfusæ aptus natus heres. Habet hoc plerūmque magnus ſanguis, ut non facile degeneret, ſed ſuum etiam colorem in posteris ſervet, præſertim ſi per exempla propagetur. Vestigiis igitur parentis institutus Ratholdus primas intercuras habuit, ut juxta vaticinia Sighardo facta, adverſus irruptiones Hunnorum arcem ſuam in dies firmitorem redderer. Quare nihil in expertum omisit, quò minus ad leges artis militaris locum, quanta

pol.

posset celeritate , muniret, ne ho-
stes imparatum invenirent, qui ma-
gnas jam copias instruere diceban-
tur. Id, quod paulò post eventus
ostendit: Nam sedibus suis exciti,
rursus Germaniæ , torrentis instar,
se infuderunt. Incredibile dictu est,
quas clades ubique dederit gens fe-
rox. Gothi & Vandali præ istis
laudem aliquam modestiæ habe-
ant, si quis comparare velite eorum
rapinas, flamas & cædes passim ex-
ercitas. Nulla illis humani sanguini
reverentia, nihil sacrum, nihil
miseratione dignum visum: prima,
quæ occurrerant, metebant: quæ
secundum rapere non poterant, incen-
diis corrumpebant: Cœnobia, Arces
& oppida evertebant, nullius, qui se
opponere auderet, metu , nullius,
qui succurreret, auxilio. Stetit tamē
inter tot fumantis Patriæ busta, &
grandes ceterorum Castellorum
ruinas, inter tot lapidum acervos,
& procumbentes Nobilium Arces

F 2 Eber-

Hannorum
Irruptio in
Boiam.

R II

Arcis Eber-
spergensis
firmatae

82 Ratholdi pietas. Introd. Cā. Reg. S. Aug.

Ebersperga hostium secura , atque
etiam invicta ; hostem ridebat ex
alto , non ut verisimile est proprio
robore , situ aut viribus , sed magnæ
Christianorum Bellonæ , quæ ter-
ribilis ut Castrorum Acies ordinata
dicitur , tutelâ , ac præsidio freta.
Intererat scilicet Mariæ , sua tueri,
& Eberspergam modicis principiis
assurgentem nuper Virgineo ho-
nori dedicatam ab hostibus immu-
nem servare.

§. II.

RATHOLDI PIETAS ET RELIGIO. INTRODUCTIO RR. DD. CANONICORUM REGU- LARIUM. S. P. AUGUSTINI EBER- SPERGAM. EIUS ET CONJUGIS EGILMUNDIS PIA MORS.

Non tantum miles erat Rathol-
dus manu strenuus ac felix,
verum etiam Religione commen-
dabia